



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

113. Fer. 2. Septem prima notabilia in Crucifixione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 2. Dom. Palmarum. 193

3. Dixit S. Gertrudi Dominus, se ideo non bibisse, ne citius moreretur: a deo pati voluit!

Aspic. 9. Quomodo vultum Veronicæ impressum reliquerit, faciem non gloriæ, sed doloris, quã imitemur, ut postea gloriemur.

Aspic. 10. Quomodo vestibus more reorum crucifigendorũ spoliatus: de qua ignominia ipse Psalm. 43. conqueritur D. Ambr. interprete *Tota die confusio mea contra me est: Que autem confusio, nisi crux, quod nudus pependit in ea* Cũ ideo se exinanierit, ut indueret nos se ipso: Adaptabo me, ut Christo induar in SS. Eucharistia. *Hæc est Dei ad nos exinanitio, ut admittamur ad capiendum eum, inquit Dionys. Alexan. Epist. ad Paul. Samosat.*

MEDITATIO CXIII.

Feria 2. Dominicæ Palmar.

Septem prima notabilia in Crucifixione Christi.

Aspiciam Dominum meum horam inter meridianam, inspectantibus cœlo & terrã in crucem actum. Petam agnoscere extremos Christi dolores, & fructũ ex ijs colligere.

Conf. 1. Cũ sine veste crucifigerentur rei, quomodo Dominus meus sponte (ut ait D. Athan. de cruce) exuerit vestimenta sua, & sive humi, sive sublimis cruci fuerit affixus, in cœlum suspiciens ac Deo gratias a-

I

gens

gens, super lignum extensus. Fuit hæc quarta vestium Christi spoliatio in pœnam, quæ ego toties gratiæ vestem exuerim.

Conf. 2. Quomodo ligatus pedes & manus, non funibus, sed clavis tribus vel quatuor affixus sit, juxta Psal. *I Foderunt manus meas, & pedes meos, & : Nisi videro in manibus fixuram clavorum, &c.* Ioan. 20. Nulli clavæ neque vincula ulla Samionem hunc tenuissent, nisi adfuissent vincula amoris.

3. Quomodo facie versus ad occidentem, tanquam minus dignus, qui urbem concuteretur, pependit, ut notat Cassiod. juxta illud Ierem. 18. *Dorsum, & non faciem ostendit eis in die perditionis eorum.*

4. Quomodo retenta spinea corona in capite, quod mens fuerit illudere Domino propter affectatum regnum, eundem afflixerit: quia collum & caput spinis grave non habuit reclinatoriũ, nisi humeros distentis, & è juncturis emotos: brachia ad stupitis foramina attracta, pedesque deorsum tracti non habuerint aliud sustentaculũ, nisi clavos.

5. Ad majorem ignominiam, Ioann. 19. *Crucifixerunt cum eo duos latrones, unum à dextris, & alium à sinistris, medium autem lesam, & impleta est Scriptura, que dicit: Et cum iniquis quis reputatus est.*

6. Additur titulus à quatuor Evangelistis, quæ

quem Ioannes perfecte ponit, cap. 19. *Scriptum autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem: erat autem scriptum: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM: & erat scriptum hebraicè, gracè, & latine.* Locus tituli fuit summitas crucis, ne prætereuntes commiseratione moverentur, & ut Pilatus justus agnosceretur; sed melius, ut innotesceret nationibus, quia à ligno regnavit Deus, debuisseque addi causa crucifixionis Christi ex parte inimicorum hominum, Ignoratio, & odium: ex parte Christi, amor ineffabilis: ex parte nostra, salus nostra.

7 *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, &c, Joan. 19. videntur fuisse tres partes, tunica, pallium, & interula linea, quam ei B. Virgo fecit, & Romæ aservatur.* O Dei contra callidum Dæmonem prudentia, erga peccatores misericordia, contra peccatum justitia! Voluisset D. Iesus sapius, plura, diutiusque ad finem etiam mundi in cruce pati, id enim Deo debebatur in finitæ majestatis, id postulabat læsa divina justitia, id amor Christi tum in Patrem, tum in nos requirebat: sed Deus non voluit, nec opus fuit; suffecit voluisse. Sat erat tribus horis in cruce pependisse; extendit se vis sacrificij crucis ad secula tum præterita tum futura, O IHS V pro me sic passe, quàm potenter